



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1702. usque ad annum 1708

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1781**

**VD18 13322648**

§. 9. Ludovici de Sousa Cardinalis obitus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67633](#)

III.  
&  
suis  
rin-  
ac  
Mu-  
non  
Lu-  
is,  
lio-  
Vi-  
ro-  
Lu-  
fa-  
to-  
er-  
ua-  
pu-  
Ma-  
am  
ker-  
Jr-  
gio  
sub  
am  
He-  
um  
nt,  
ciis  
fis  
sed  
em  
atis  
rito

irrito effectu iter relegere coacta est, Sæc. XVII.  
Gallicam tamen in portu Vigos simul A. C. 1702.  
& argenteam Hispanorum classem auro  
argentoque prædivitem die trigesima  
Novembris diripuit, incenditque.

Haud segnius ad supremum Rhe-  
num a fœderatis bellum gerebatur;  
jam enim exeunte Mense Aprili Jose-  
phus Romanorum Rex Landaviam cin-  
ixerat, quam urbem unacum arce die  
septima Septembribus ditione cepit,  
vicissim vero Ludovicus Rex Lotha-  
ringiæ Ducatum occupavit, & Maxi-  
milianus Emanuel Bavariæ Elector  
Gallorum partes secutus, Ulmam du-  
ctore Bechmanno prætoriæ legionis  
Tribuno densæ nebulæ beneficio per  
stratagema intercepit, simulque Mem-  
minga, Biberaco, aliisque oppidis po-  
titus est: Badensis vero Marchio ad  
Fredelingam, cum Villario certamen  
iniit, ancipiti utrinque victoria: In-  
gruente demum hyemis rigore Bava-  
rus occupatis Burgovia, aliisque quam-  
plurimis oppidis milites suos in hy-  
bernis collocavit.

## §. IX.

Ludovici de Sousa Cardinalis  
obitus.

Ex

**Sæc. XVII.** Ex quatuor Cardinalibus hoc anno  
A. C. 1702. denatis primus occurrit Ludovicus  


---

*Vit. Card.* de Sousa Ulyssipone ex pervetusta fa-  
milia ortus. Hic juvenis in Hispani  
Regis Aula enutritus emenfo studio-  
rum curriculo nobilissimas Europæ ur-  
bes pervagatus, Romam venit; brevi  
tamen a Bragantino Duce, qui Regni  
solium occupaverat, in Lusitaniam re-  
vocatus, Oportuensis Ecclesiæ Cano-  
nicus renuntiabatur: Erat Vir oris ma-  
jestate gravis, animo excelsus, beni-  
gnus tamen, ac præcipue erga paupe-  
res liberalis & munificus: inclinavit  
quoque eruditionis, ac multiplicis scien-  
tiæ fama, quapropter a Petro Rege  
non modo intimi consilii arbiter, at-  
que Ulyssiponensis Archiepiscopus nomi-  
nabatur, sed etiam ad ejusdem Regis  
preces ad Romanam Purpuram ab In-  
nocentio XII. vocatus est: Incidit hoc  
anno in gravem morbum, quo pene  
confectus, testamento cavit, ut Aron-  
chius Marchio ejus hæres decem Im-  
perialium millia in mendicos, & toti-  
dem in pauperes Ecclesiæ erogaret.  
Obiit tandem die vigesima secunda Ja-  
nuarii anno ætatis suæ septuagesimo  
primo.

§. X.